

lis ejus arrogancia, quam molesta & gravis sæpe modestioribus aliorum auribus fuerit, dici satis non potest; astra-
men desiderium in nobis excitabat vi-
dendi illa, in quibus iste adeo exulta-
bat. Annuebat Barnerus votis no-
stris, & ex Zvvelfero, variisque tyro-
ciniis Chimicis coacervatas Chemico-
rum formulas varias, tironib⁹ Pharma-
copæorum non ignotas, v.g. Spiritum
Tartari, Vitrioli &c. docentes nobis-
cum communicabat. Ne vero coquos
imitari videretur, nulla causarum habi-
ta ratione varia esculenta commista
foco opponentes, præfigebat dictis for-
mulis quædam de *Acido & Alkali*, ab ali-
is ac præcipue Clariss. *Tachenio* popula-
ri meo, (quem unicum in hoc studii ge-
nere præceptorem meum agnosco) jam
dudum tradita, quod è subsequituris me-
ridiano Sole clariùs apparebit. Neque
profecto suspicatus fuisset unquam,
Barnerum etsi arrogantissimum, adeo
tamen pudorem omnem amisisse, ut
pro primo earum rerum inventore se
haberi vellet, quæ toto orbe conscio jam
du